



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Qualiter in via illuminatiua exercitare se debeat homo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

D. D I Q N Y. C A R T H V.

quotidie propinquemus, proficiendo in fidei illu-

stratione, in dono sapientiae, in summa & incen-

tae veritatis ac diuinorum cognitione. Denique

Psalm. 23
Ibide. 144

quum deus (cuius opulentiae ac munificentie nullus est finis) sit essentialiter sapientia infinita et lux

supersplendidissima prorsus incircumscripta: con-

videt animam modo praetacto purgata, humil-

tate, patientia, mansuetudine, castitate, iusticia,

ceterisque virtutibus moralibus informatam, ve-

ritatisque auidam & fonti sapientiae inhianam, ac

desuper illustrari affectatem: mox vultum suum

super eam illuminat, sapientia radio eam clarifi-

cat, seipsum ei praesolito clarius gratiosiusque ap-

dens, atque incerta et occulta sapientiae sua ei pro-

palans: ita ut ea que fidei sunt, rationesque credi-

torum, & nexus ac ordinem credibilium, subtiliter speculetur; ita ut latet abunda ac grata me-

Psalm. 15 te decantet: Benedic dominum qui tribuit mihi intellectum. Quod quod desiderabile sit ac praec-

rum, fatetur propheta, dicens: Beatus homo qui

Idem. 93 tu erudieris domine, & de lege tua docueris cum

1. Ioan. 2 Vnde & S. Iohannes apostolus in prima sua ep-

stola scribit purgatis huiusmodi fidelibus. Vnde

ei docet vos de omnibus.

Qualiter in via illuminatiua exercitande

debeat homo.

Art. I X.

Iaco. 4



I quis vestrum indiget sapientiam, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter: & dabitur ei. Postulet autem inde nihil hesitans. Doctrina philosophi est, quod actus actiuorum sunt in paciente dispositio: & item quod un-

qua

qua

turæ atq; potentiaz. Rursus q; sicut se habet visus
& incra
Deniq
centiq
ita et lus
ipta: com
ā, humil
iusticia,
natā, ve
iantē, ac
um suum
am clarū
iusq; oīc
luræ ei pro
q; credi
um, subd
ata meo
tribuit m
ac prad
omo qu
eris eum
ha suau
s. Vicio
er citare
ientia p
is afflue
ut in fr
philolo
om sim in
quod und
in fura
tura

vespertilionis ad lumen solis: sic intellectus hu- Ph̄us
manus ad intuitum diuinorum, videlicet imma-
terialium substantiarum, & maxime supersim-
plicissimi & prorsus incomprehēbilis dei. Hinc
& sacra scripture ab immoderato, incauto, &
præsumptuoso diuinorum scrutinio atq; intuitu
nos coercet per Salomonem dicens: Sicut qui mel Prover. 27
comedit multum, non est ei bonum: sic qui pscru-
tator est maiestatis, opprimetur a gl̄ia. Et in Ec- Eccle. 3.
clesiastico quoq; legitur: Altiora te ne quæsieris:
& fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præce-
pit tibi deus, illa cogita semper. Veruntamen est
quædam diuinorum perscrutatio studiosa, mode-
rata, humilis, atque auxilio gratiæ Dei innitens:
quæ laudabilis est. De qua ait vir sanctus, Mi-
rabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea an. Et Psalm. 113.
denuo, Da mihi intellectum, & scrutabor leg. Et
iterum, Beati qui scrutatur testimonia eius. Ita q;
sicut teste scripture, dulce lumē et delectabile est Ecd. 11
oculis videre solē: nihilominus figenti oculū im-
moderate in solem visus obtundit, reuerberatur
ac læditur. Sic dulcis est veritas summa, et iucun-
dum contemplari æternum totius luminis fon-
tem: veruntamen immoderate, intimorate, irre-
uerenter contemplari, scrutari, penetrare præ-
sumens, grauius excæcatur, deñicitur, vulnera-
tur. Sic itaque contemplari conemur, vt a ve-
ritate scripture, a doctrina ecclesiæ nullatenus di-
scendamus. Quod non obseruantes hæresiarchæ
prauissimi, errauerunt, et alios in errore miserunt.
Hinc iuxta præhabita exercitium viæ illumina-
tiuæ pcedere debet exercitatio purgatiuæ: atq;
ut illustrissimus pater ac doctor noster Iohannes

Vij Cassia

D. DIONY. CARTH.

Cassianus testatur, actualis & ethica seu moralis scientia quæ circa passionum refrenationem versatur, theoricam (i. sapientiam diuinorum contemplationem) debet præire. Volens ergo via illuminatiua se exercere, ab humilitate impiat: ita ut de proprijs viribus, de naturali ingenio, de acquisita scientia non presumat: sed in de mino sit spes eius & eius subsidio innitatur: quod admodum per Esaiam edocetur: Quis ambulet in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. Deinde ab exterioribus abstrahat mentem suam & ea recolligat, eius dispersiones ac euagationes abs ciendo. Sicque iuxta diuini Dionysij documentum secundum ad radium, supernam illustrationem optando, & pro ea orando, secundum ad dei considerationem aut contemplationem pro viribus eius uando. Et tunc deus sublimis, qui sapientiam est, & princeps totius illuminationis, videns intelligentiam hominis fidelem ac pium eius conatum applicabit ac porrigit adiutricem, mentem per donum sapientiae illustrando, prout Esa. 58: ias asserit. Requiem dabit tibi dominus, & implebit splendoribus animam tuam. Ipse enim sol sapientiae ac intelligentiae: quo in anima splendente ac radiante, omnia mox clare cuncte venustantur, tranquillantur, & exhilarantur. Sicque creatoris sui maiestatem immensam, per chritudinem infinitam, sapientiam, omnipotentiam, atque beatitudinem, perfectionem & eminentiam prorsus interminabilem incipit inueniri ac vehementissime admirari, jucunde confidere, seruenter diligere, eique intime congaudere,

Esa. 58

Diony.

Esa. 58

Quid